
 CAPVT IV.

 DE EA INTERRUPTIONIS SPECIE, QVAM
 CIVILEM VOCANT DISSERITVR.

Sublatis iam ambiguitatibus in ipsis legibus, quibus vsur-
 pationis naturalis exempla continentur, obuiis, nostrum est,
 vt ad eam, quam ciuilem aut speciatim interpellationem ap-
 pellant, eruendam accedamus. Discrimen vero, quod inter
 vtramque speciem intercedit, haud difficulter deprehenditur.
 Nam ciuili vsurpatione non possessio reuera perimitur, sed
 intellectu iuris atque effectū; iure possidendi iudicis inter-
 ventu seu actu ciuili et legitimo possessori denegato. Cui
 quidem doctrinae nostrae portioni haud ignobili, qui lumen
 affundere allaborarunt, tantum non omnes¹⁾, proposita

inter

1) Cf. KRAVS, diss. de interpel- TOR. diss. de vsurpationibus §. 26.
 latione praescriptionis Vitemb. 1729. et 27. in dispp. acad. P. I. nom. 31.
 §. 19. RHETIVS de interruptione Francof. ad Moen. 1698.
 praescriptionum c. 3. §. 1. TEX.